

Sed Clemens X. absolutionem prohibuit, quando in fraudem delictum iudicium proprii Episcopi quis aliam petit dicecesim. Egregie. Sed quando hec fraus perpetratur, nisi cum quis ea intentione ad aliam accedit dicecesim, ut ibi abolvatur? P. Viva autem de eo loquitur qui *hac intentione* peregrinatur. Si hac fraus non est, quamnam erit in questione nostra? An necesse est ut peregrinus dicat: *Discedo a mea dicecesi, & aliam peto, ut delictum iudicium mei Episcopi?* Hac ne expressam consumptione opus est, ut fraudem illum committere dicamus? Quis adeo infanierit, ut id admittet? Ad veram ergo fraudem, de qua Pontifex loquitur, sufficit aliquem peregrinari, seu discedere a propria dicecesi, & aliam adire, ut *opportunitatem habeat absolutionis, quam habere non potest in propria dicecesi*, ut loquitur P. Viva. Ex hac agenda ratio non opponitur Clementinae constitutioni? P. Suarez scripsit ante constitutionem Clementis X. ideam exculpationem dignam esse, si tamen praefatam opinionem defendit. An vero qui post hanc constitutionem scriperunt, exculpatione digni sint, ceteri iudicent. Ni fallor, sapienter P. Viva extenuat propositiones ab Ecclesia scriptas. Quod non alia ratione, occasione data, id repeto, nisi ut lectores cauti sint in legendis commentariis, & sententis quas dicitur Auctor bona fide, & pia intentione factorem reddendi legum observantiam propugnavit.

XXX. Quasi. XIII. Si peregrinus committit delictum extra locum sui domicili, puniri ne a proprio Superiore valeat ob hoc delictum? Respond. P. Viva refert Basilium de Leon, & Gabrielem, docentes, Superiorem non posse punire subditum degentem extra territorium, nec ob delictum intra, nec ob delictum extra territorium perpetratum. Quam

opinionem ille reicit, & subscribit communi, quae docet, totum esse non posse Superiorem punire subditum, quando tam is, quam res ab eodem commissa extra territorium extant; secus, quando delictum perpetratum sit intra territorium. Quare, si subditus degens extra territorium occidat scelopum, aut flagita hominem existentem intra territorium in quo censuræ latae sunt in homicidas; is obnoxius erit censuris: quemadmodum qui extra templum degens, & scelopum explodens, interficit hominem in templo extantem excommunicationem incurrit latam contra ecclesiam in Ecclesia. Similiter Beneficiarius extra dicecesim degens, atque adeo non residens in loco sui beneficii, obnoxius est excommunicationi latae a proprio Episcopo adversus non residentes. Utrique Superior exercere iurisdictionem contentiosam extra territorium nequit; at non propterea desinit esse iudex delictorum quae subditis, etiam extra territorium existentibus, modo dicto perpetrata. Licet ergo Superior ius dicere, & iudicium contentiosum instituire extra suum territorium nequeat; tamen statueri plura valet quae obligent subditos, etiam extra territorium degentes. Potest Episcopus iubere ne Presbyter subditus extra dicecesim celebret; quemadmodum Provincialis regularis sub poena excommunicationis praecipere subdito valet ut extra provinciam existens ieiunet, abineatque a tali officio. Advertendum tamen, quod, ut Superior possit ferre praecipuum in subditos extra provinciam, seu territorium degentes, necesse est ut subditi non transferant domicilium; sed remaneant reipsa subditi proprii Episcopi, aut Provincialis. Si enim efficiantur subditi alterius Episcopi, aut Provincialis, tum cessat omnis in eisdem potestas.

DISSERTATIO V.

DE LEGUM HUMANARUM EFFECTIBUS, ET VI OBLIGANDI.

PRÆLOQUIUM.



Aucis dissertationem hanc expediam, quod argumenta in eadem tractanda nec momentosa, nec implicata difficultata sint. Occurrent aliquae Casuisticae opiniones convellendae, potissimum invecata a Caramuele, laxarum opinionum magistro, & defensore. Sed eas brevi manu explodam, non secus ac paucas aliorum qui Caramuelis vestigia persequi voluerunt. Potissima, & gravioris momenti controversia displicenda obligationem legis dubia spectat, contra quam allegare Probabilitate solent istud estatum: *Melius est conditio possidentis*: cuius legitimo sensu basilice abutuntur. Paucis quoque hanc controversiam abolvam, cum alibi ex instituto eandem veritatem. Et quoniam brevis est dissertatio, breve quoque Praeloquium est. Ad rem.

CAPUT I.

Propositiones damnatae, & laxae Casuistarum.

Hucusque adversus heterodoxos Ictos decretatum ut plurimum est: ideo Casuistarum laxas opiniones, praeter unam, & alteram Caramuelis de more non recensui ant-

te diff. 11. ubi locus opportunus videbatur. Quoniam vero in praesentia potissimum controversias in utramque partem a Casuistis disputatas examinandas suscipio iuxta consuetam methodum, primum propositionem in hac materia praescriptam ab Alexandro VII. post quorundam Moralistarum opiniones laxas praerittam.

Theses ab Alexandro VII. praescriptae, quae est 28.

Populus non peccat etiam absque ulla causa non recipiat legem a Principe promulgatam.

Propositiones laxae Casuistarum.

1. „ Leges adhuc pontificiae promulgari debent in singulis regnis, provinciis, & dicecesibus, ut ibi habeant obligare. “ Torrecilla. Tom. I. summ. tract. 11. disp. 1. cap. 1. num. 12.
2. „ Leges humanae tam civiles, quam pontificiae acceptari debent a populo, ut obligare valeant. “ Torrecilla loc. cit. n. 13.
3. „ Lex, seu constitutio pontificia quae non est recepta, quacumque ex causa licet in propof. damnat. tract. 11. consulti. 6. num. 94.
4. „ In materia levi nec lex, nec superioris praecipuum sub letali obligare queunt. “ Idem Torrecilla tom. 1. summ. tract. 1. disp. 1. cap. 4. num. 16.

Cons. Theol. Tom. VI.

5. „ In propositione 28. damnata ab Alexandro VII. de populo absque causa legem non acceptante, non venit damnatum dicere, graviter non peccare, est absque causa eam non acceptet. “ Idem in propof. damnat. in dict. propof. num. ult.
6. „ Actiones nimium difficiles, quaeque contentantur fragilitati humanae naturae non sunt, nequeunt esse materia legis humanae, nec sub humano praecipuo cadere: unde de causa sufficiens hac est ad eas non acceptandas. “ Idem in propof. damn. ad propof. 28. Alexandri num. 5.
7. „ Sufficiens causa est ut quis a lege deobligetur, quod immediate post promulgationem videret vel a maioribus, vel maiori parte non incipi observari. “ Idem ibid. n. 9.

8. Leges humane five civiles, five ecclesiasticæ, quamvis de materia gravi, non censenda graviter obligare, quantumvis verbo decernimus, statumque ordinamus volumus, incivimus exprimitur: opus enim est ut verbo precipio, iubeo, prohibeo, veto, vel interdico sint late. " Idem *Tom. I. sum. tract. 2. disp. 1. cap. v. num. 16.*

9. Omnis lex in presumptione fundata, cessante presumptione, adhuc in particulari, delinit pro foro conscientie obligare illum in quo presumptio cessat. " Idem *ibid. cap. vii. num. 307.*

10. " Generatim cessante sine adæquato legis in quolibet particulari, cessat lex illicito obligare: & idem dicendum de præcepto generali. " Idem *ibid. num. 20.*

11. " Et hoc procedit, etiam si ex inobediencia scandalum sequatur: tunc enim non actum, sed passivum erit; cum non obediens utatur iure suo iuxta opinionem problemem, que excipit eum ab obligatione obediendi, cessante in illo fine, quod si ignorat qui scandalum patitur, sibi imputare debet. " Idem *Torrecilla ibid. n. 7.*

12. " Aliter procedit, quando finis legis, vel præcepti est scandalum vitare: hoc enim vitato, cessat pariter lex, & præceptum obligare. Unde Clerici arma ferre creto portantes, pariterque Religiosi occulte actibus profanis, est immanissimis, assentes, nec graviter peccant, nec censuras incurrunt, etsi sub illis hæc omnia illis sint prohibita. Cessat enim in illis scandalum, quod est finis legis. " Idem *Torrecilla Tom. I. sum. tract. 11. disp. 1. cap. vii. num. 47.*

13. " Non sunt denunciandi Sancto Officio retinentes libros prohibitos, non ex hæresi, aut eius suspitione. Sic D. Franciscus Verde in *selectis qu. viii. corollar. 85. sub num. 447. fol. 118. apud Torrecilla* in propol. damn. ad propol. 45. Alexandri VII. num. 22. fol. 485. cui consonat Tamburinus in *Decalogum Lib. II. cap. 1. §. 77. n. 58.* dicens excommunicationem Sancti officii præcipiens intra 8. dies exhibere libros prohibitos, in illos præcitate tendere, qui hæresim, vel errores continent. " Idem *ibid. n. 14.*

14. " Neque excommunicationem ullam incurrunt similes libros, aut scripta prohibita legentes, si inhibito alia causa quam hæresis, aut eius suspitionis sit promulgata. Sic *Boydellus T. I. facti Tribunal. in causis Fidei cap. xiv. qu. xxxix. num. 78. pag. 354. ibi: Quæres. an legens huiusmodi libros prohibitos alia ex causa*

" quam hæresis, vel eius suspitionis, incurvat excommunicationem, aut aliam penam &c. " (& ponit varia exempla librorum prohibitorum) & ait: *Respondeo in his casibus, nulla imposta censura in legentibus, quosmodi libros, aut scripta prohibita.*

14. " Grave non est, servata substantia, a modo præcepti deficere. " Sic *Torrec. Tom. I. sum. tract. 11. disp. 11. cap. 111. num. 43:* & laudat Caramuelem, & Leandrum de Murcia.

15. " Probabile est leges humane, ad hæc ecclesiasticas, neque indirecte posse ad hæc internos nos obligare. " Idem *ibid. disp. 1. cap. 111.*

16. *Salmanticenses tract. 11. cap. 11. punct. 9. num. 164.* querunt, utrum peccet qui impedimentum opponit, ut liber a lege impedienda evadat; & respondent his verbis. " Satis tamen est probabilis, & ab inintellecto forte probabilior sententia, negans in tali casu peccare; quia eo ipso quod aliquis extrahat ab obligatione legis, fæc illex illum non obliget (sive hoc bona fide, sive mala intentione, sive licite, sive illicitè factum sit) est incapax delinquendi in effectu contra talem legem: ergo, ex quoqueque motivo ponat impedimentum, quod ipsum extrahit ab obligatione ieiunii, non peccat contra ieiunii præceptum; sed utitur iure suo, quo potest exonerari a lege, & extrahi ab obligatione illius. " Pro hac lententia laudant utrosque *Sanchez, Fillucium, Azorium, Fagundes, Villalobos, Salmanticenses Scholasticos tract. xiiii. de peccatis dub. 6. num. 103.*

17. P. Dominicus Viva *Tom. I. quest. vii. artic. 6. num. 4.* " Dico quod si prohibitorum tantum creditur legislator aut non potuisse, aut noluisse in tali casu verbis legis comprehendere obligare, possit etiam subditus licite in eo casu legem non servare. " Unde id verum est, non solum si subditus habeat formidinem de opposito, fed etiam si detur ex altera parte probabilitas, immo maior probabilitas quod legislator potuerit, ac voluerit obligare, ut docet *Suarez Lib. VI. de leg. cap. viii. num. 3. 3. Sanchez Lib. I. cap. 18. num. 14.*

18. *Salmanticenses tract. 11. cap. v. punct. 8. n. 91.* " Si detur infirmitas que mortaliter iudicatur perpetuo duratura, & obtineas a Pontifice dispensationem concedendi carnes pro tota vita, non recitandi officium divinum, non ieiunandi, etiam si postmodum saltem PERFECTAM acquiras, poteris uti tali dispensatione, donec a Pontifice restitueris. " Idem *ibid. punct. 11. n. 92.*

19. *Salmanticenses ibidem cap. vi. §. 2. num. 18.* docent, " sufficere dictum unius eorum Doctores afferentis, tempus ad concurrendum requisitum præterisse, ut per eam lex abrogata censatur, etiam si plures alii oppositum sentiant. " Idem *ibid. punct. 11. n. 92.*

CAPUT II.

Qui sint legis effectus, & quam materiam.

I. Primum, potissimumque legis officium est subditos bonos virtuosque efficere, ut docet S. Thomas 1. 2. *quest. xcii. art. v.* Quamvis quidem officium, seu fructus legis est subditum dirigere in bonum, ut legi virtus subditorum eo spectat, ut legi præscribenti pareant. Hæc autem obedientia bona est: bonus igitur subditus est, dum id præstat quod lex mandat. Bonitas itaque subditi, effectus legis est; hocque convenit cuique legi in communi acceptæ. Nunc autem sermo est de lege humana, ut distincta a lege naturali, æterna, & evangelica, quæ hominem in quocunque genere bonum facit. Legis vero civilis effectus eo tendit, ut efficiat duntaxat bonum civem, non bonum virum. Nam bonus civis ille est qui parat legibus que bonum commune civitatis spectant, idque præstare valet, etiam si malus vir sit, ut in Romanis notat.

II. Heinc consequitur quamlibet legem bonum rationis, & commune subditorum spectare felicitatem. Quapropter, si suprema potestas aliquam legem ferret quæ non promoveret commune bonum, atque adeo non efficere subditos bonos cives: lex non effet, fed legis larva, ut optime definit S. Thomas loc. cit. ad 4. *Lex tyrannica, cum non sit secundum rationem, non est simpliciter lex; sed magis est quædam perversitas legis.*

III. Ex quibus colligitur, turpiter errare quosdam inique Politicæ militros, qui consentiunt pro arbitrio supremæ potestatis leges ferre, & passim componere, scilicet in seque religionis, atque virtutis detrimento posse. Omnis quippe potestas a Deo est, teste Apostolo, & ipsis Principibus fatentibus.

Porro impietatis, atque perditionis illius scelus est arma stringere in supremum illum Principem a quo accepta illa sunt. Sed cæcis istis Politicis latas ratio, ut aiunt, nunc summum est. Idcirco orandum pro illis est, inminime disputandum.

IV. Alter, & potissimus legis effectus est obligare subditos ad ea præstanda que leges præscribunt. Lex enim, ut ex doctrina S. Thomæ vidimus, imperium est rationis practicum, in quo duo includuntur, nempe & dictamen rationis, cuius est incitare, dirigere, illuminare; & actus voluntatis, quo legislator legum obedientiam subditis omnes subditos suos. Leges autem iubent, prohibent, permittunt. Permissio, quæ toleratur peccata, facti est, non iuris. Legum actus sunt imperare, prohibere, permittere, punire. Si plura cupis, consule S. Thomam 1. 2. *quæ. xcii. art. 2.*

V. Quæritur I. *Quenam sit legis humane materia?* Resp. Materia legis humane, sicut ceterarum legum, sunt actus humani, qui præcipi, aut vetari possunt, quatenus aut conferunt, aut repugnant bono communi, quod lex unice spectat. Quare & cuiusque virtutis præcepti, & cuiusque vitæ actus vetari humana lege valent, quia quocumque virtutis conducti, & quocumque vitium obest communi bono. Heinc haud consequitur legislatores humanum posse præcipere omnium virtutum officia, aut omnia vitæ collectivæ accepta prohibere. Quoniam obiectum humane legis moraliter possibile sit oportet ipsi subditorum communitati. Omnia autem virtutum officia peragere, omniaque vitæ devitare, hominum communitati moraliter impossibile est, ipectata humane nature imbecillitate. Leviora ergo vitæ permittere legislatores humani possunt, ut graviora vitentur. Ea potissimum veterare legislatores humani debent que societatem perturbant, bonique communis ruinam, aut grave inducunt detrimentum. Permittere autem potest cetera mala que homines privatos inficiunt, & personalia vitæ appellatur.

VI. Obicies. Lex naturalis, & divina omnes virtutes præcipit, omniaque vitæ prohibet. Ergo idem præstare legislatores humani poterunt. Resp. Consequentia falsa est. Legislator divinus, supremus & universalis Dominus est, qui non tantum subditorum felicitatem in communi, verum etiam in particulari respicit. Cuiusque subditi vires ille comprehendit, auxilia, gratias cuique impertit, quibus & virtutes exequi,

& virta declinare queat. Contra legislatores humani, quemadmodum singularum vires exte- riores hand valent, nec auxilia opportuna imperire possunt, ita neque eorumdem fini- gulariorem perfectionem promovere ad illos at- tinent.

VII. Quæst. II. *Possunt ne legislatores hu- mani præcipere, aut vetare actus indifferen- tes?* Resp. Effectus humane legis est bonos efficere liberos: & cum actus genere suo indifferentes, nec bonos, nec malos efficiant homines; idcirco in propria indifferencia specie silentes, nequeant esse humana legis materia. Verum, quia nullus reipia, seu in individuo actus qui bonus, aut malus non sit, reperitur; ideo quilibet actus indifferens potest in hac aut illa circumstantia cum bono communi plus minuste aut convenire, aut pugnanæ; atque adeo esse materia legis præcipientis, aut vetantis. Et tum bonitas, aut malitia istorum actuum esse sine, a legislatore in lege roganda præstitutio, habetur.

VIII. Quæst. III. *Valent ne legislatores hu- mani fore ecclesiasticis, sive civibus, actus mere internos directe, & absolute præcipere?* Resp. Adfirmant sententiam propugnat Henricus a S. Ignatio Tom. II. Lib. I. cap. xvi. ut valde probabilem: & licet, inquit, oppositum sentiat magna turba recentiorum; secum tamen habere contendit venerandum canonicum maiorum, laudatque pro hac sua sententia Glossam cap. Cogitationes dist. 1. de penit. Maiorem in IV. dist. xxi. qu. vii. Albertum Pighium Lib. VI. de Hierarch. eccle- siast. cap. xvi. Adrianum in IV. quæst. IV. de Consecr. & quæst. lib. viii. quæst. viii. Iacobum Bernardum quæst. lib. II. Iacobum Lato- nam de Consecr. serm. Molanum tract. v. de Reipub. cap. lxxxi. Iacobum Baium Lib. II. Infit. cap. viii. Medicam eod. de Orat. qu. xv. Rosellam verb. *Absolutio*, Franciscum Sylvium 2. 2. quæst. civ. art. 4. & alios.

IX. Oppositam sententiam defendunt Sal- manticensis tractat. x. cap. 1. punct. 11. & tractat. xi. cap. 1. punct. 5. & laudant pro eadem S. Thomam 1. 2. quæst. xci. artic. 4. Caietanum 2. 2. quæst. xi. Tapiam quæst. vii. artic. 4. Gregor. Martinez 1. 2. quæst. xcvi. Granadum contr. vii. tract. 111. part. 1. disp. v. Caltopalann tractat. 111. disp. 11. punct. 6. Bonacinam disp. 1. quæst. 1. punct. 5. Salas disp. ix. de legibus, Suarez Lib. 111. cap. 111. Gordonium Lib. II. quæst. ix. & alios.

X. Ut diffucilem implexamque questionem maiori quæ fieri perpicuitate potest enu- cleemus, distinguamus oportet legem dire-

ctivam a lege coactiva. Lex directiva obligat in conscientia; at nullam penam impo- nit. Hinc legi directivæ subiecti sunt ipsi legislatores. Lex coactiva ultra obligationem in conscientia, penas infligit. Hæc lex co- activæ iterum duplex est. Alia coactivæ coactione interna, quæ & sub culpa, & sub pena, ipso facto ante iudicis sententiam sub- eunda, altringit. Alia est coactivæ coactio- nis externa, quæ penam, post causæ recogni- tionem, a iudice infligendam, prescribit. Hanc distinctionem optime explicat Car- dnas cris. 25. & alii.

XI. His positis, dico cum secunda sen- tentia, Legislatorem humanum ecclesiasticum, medium civilem, præcipere hand posse directe, & per se actus mere internos lege coactiva coactione externa. Hanc sententiam conceptis verbis docet S. Thomas 1. 2. quæst. xci. art. 4. *De his potest homo legem facere de quibus potest iudicare. Iudicium autem hominis esse non potest de interioribus actibus, qui latent, sed solum de exterioribus motibus, qui appa- rent. Et tamen ad perfectionem virtutis requiritur quod in utrisque actibus homo rectus existat. Et ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus; sed necessarium fuit, quod ad hoc super- veniret lex divina. Quarto quoque, sicut Augu- stinus dicit in 3. de liber. arbitrio, si hu- mana non potest omnia quæ male fiunt, & punire, vel prohibere: quia, dum asserere vellet omnia mala, sequeretur quod etiam multa bona tollerentur, & impediretur utilitas communi, quod est necessarium ad conservationem humanam. Ut ergo nullum malum improbi- tum, & impunitum remaneat, necessarium fuit supervenire legem divinam, per quam omnia peccata prohiberentur.*

XII. Ex hac doctrina satis aperte colligitur, non posse præcipere, aut prohibere legislatorem ecclesiasticum omnes actus internos lege cogente coactione externa. Siquidem De his (inquit Angelicus) potest homo legem ferre de quibus potest iudicare. Iudicium ergo requirit Angelicus in legislatore. Cur? Ut possit punire delinquentem. Subdit enim quarto loco, quod lex humana non potest omnia punire. De illo ergo iudicio loquitur quod ad punitionem requiritur. Et, cum nullus legislator humanus de internis homi- num actibus iudicium ferre queat; idcirco nullus legislator humanus legem condere va- let punientem actus mere internos punitione iuridica, quæ causæ recognitionem postulat. Hanc doctrinam confirmat Angelicus 2. 2. quæst. civ. art. 5. ubi inquit *Alio modo non*

teneret inferior suo superiori obedire, si etiam quid præcipiat in quo ei non subdatur. Dicit enim Seneca in III. de Beneficiis: Errat, si qui existimat servitium in totum hominem descendere. Pars enim melior excepta est. Cor- pora obnoxia sunt, & descripta dominis; mens quidem est sui iuris. Et ideo in his quæ pertinet ad interiores motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed solum Deo. Quæ duo testimonia, ut minus, evidenter probant, nullam potestatem humanam posse lege coactiva coactione externa præcipere di- recte, & per se actus omnino internos. Et quod hoc tendat Angelici doctrina, patet. Quandoquidem ille hominibus quibus hæc denegat potestatem, quia actus omnino inter- iores non subiacent humano iudicio. Ergo, si homines iudicare eiusmodi actus nequeant, neque penam, & damnationis sententiam in eosdem ferre valent; cum hæc sententia actionum examen, discussionem, & iudicium requirat; consequitur præfatas leges homines coarctare non posse. Hæc omnia certa sunt penes omnes.

XIII. Illud nunc in controversiam venit, possit ne legislator humanus ecclesiasticus præcipere, aut vetare lege dirigente, & curante animarum salutem, coactione mere in- terna, idest obligante ad culpam, sublato omnino iudicio, & pena exteriori. In qua controverfia aqua protectio mihi undique hæret. Ex una parte testimonia S. Thomæ adeo luculenta videntur, ut excipere interpreta- tionem non valeant. Ex altera parte, quod aliqui in casu præcipere Ecclesiæ actus mere internos possit, non contentanda rationum momenta evincere videntur. Doctrinam S. Thomæ tanti facti, ut religiosum mihi ver- tam velatum unguem ab eadem discere, non quod S. Viri auctoritas prostratione, aut lege mihi sit; immo, si ratio occurreret, quæ oppositam doctrinam evidenter offenderet, illa relicta, hæc amplecterer; sed quia ubi- que eisdem sententias tam firmis rationibus munitas invenio, ut ratione, non auctori- tate cogente, in eiusdem concedere doctrinam cogar. Igitur testimonia allata eviden- ter demonstrant non posse, ut diximus, legislatorem humanum lege puniente, quæ causæ cognitionem postulat, actus internos præcipere, quia scilicet Ecclesiæ non iudicat de internis. Ceterum ex præfata S. Thomæ doctrina evidenter non inferur, Ecclesiam in aliquo peculiariter casu non posse actionem internam præcipere, aut vetare. Neque hoc gratis asseritur. Nam 1. 2. quæst. xci. art. 4. ubi sulius rem dilucit, & ex articuli ti-

tulo, & ex totius doctrinæ scopo, non sine gravi fundamento, colligimus, mentem S. Doctoris eo spectare, ut evincat absolute, & per se loquendo hominem non esse in- terioribus actibus subiectum humane potesta- tis, sed Deo. Ibi enim disputat, utrum ne- cessarium fuerit aliquam divinam esse præter humanam legem: atque, quia lex humana non potest cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus; subditque, quod lex humana non potest omnia quæ male fiunt, punire, vel prohibere. Unde valde probabiliter colligitur, non posse quidem Ecclesiam absolute dirigere sufficienter fideles in interioribus actibus; ideoque necessarium esse divinam legem quæ id præstet; posse vero dirigere in aliquibus, qui neque cognitionem, neque iudicium, neque punitionem forensalem postulant. Qua folida interpretatione contrita, sequentem statuo conclusionem.

XIV. *Legislator ecclesiasticus potest lege direc- tiva præcipere actus mere internos ut in casibus in quibus expediens iudicaverit id oportu- num esse ad salutem æternam.* Rationes valde probabiles id evincunt. Nam hoc est dif- ferentia ecclesiasticos legislatores inter & ci- viles, quod hi solam politiam exteriorem, tranquillitatem, & bonum commune subdito- rum dirigat, & per se respiciant; illi e con- trario animarum salutem primam, & per se spectant. Duplex ergo in Ecclesiæ potestas: altera quæ exteriorem disciplinam lege exterius cogent; altera quæ lege directiva interius æternam salutem promovet. De prima nullum diffidium. Alteram evincere videntur tum auctoritates Scripturarum, tum ra- tiones, & mos in Ecclesiæ quandoque ser- vatus.

XV. Potestas quam Christus Ecclesiæ suæ contulit, animarum internam regimen possitissimum spectat. Inquit Christus Petro, cuius- que successores Ioan. xxi. *Pascite oves meas; & Matth. xvi. Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in caelis.* Fidelium animæ non exterius modo, sed interius quo- que nutrirî, & roborari indigent. Unique Christus Dominus, quæ illustrationibus men- tem illustrat, quæ gratiarum copia spiritum interius alit, & inflatur, tanquam primus & supremus Pastor invisibilis; in ex laudatis testimoniis satis aperte colligitur, voluisse quo- que mediis suis Pastoribus, quos hic in terris constituit, suas oves tum interius, tum exterius alere. Er, cum ratio evidens non occurrat quæ oppositum evincat, non est, cur verba absoluta, & illimitata Christi Domini ad solam externum regimen coarctentur. XVI.

XVI. Confirmat hæc omnia Ecclesiæ mos seu praxis, qui non raro interiores actiones modo præscriptis, modo vetavit. Innocentius XI. hæc propositionem, quæ in ordine 10. est, præscripsit: *Non tenetur proximum actu interno diligere.* Nec est quod reponas, nihil hic præcipi, aut vetari; sed id tantum declarari quod naturali, & divina lege præscriptum est. Quoniam Pontifex summus prohibet, non modo exterius hæc doctrinam docere, sed præcipit eandem interius exequi, & ut veram habere. Theologi qui ante damnationem hæc doctrinam, ut probabilem, interiore persuasione propugnant, ignorant iuxta Probabilitatis exculpationem. At, si quis nunc post Ecclesiæ definitionem eandem doctrinam interius defendere, ut probabilem, liber ne a culpa inobediendi, debite iureno legislatoris ecclesiastico, nedum a peccato contra præceptum caritatis ergo proximum esset? Idem summus Pontifex Ven. Innocentius XI. sequentes propositiones Michaelis Molinos damnavit quæ sunt 65. & 66. Prima hæc est. *Præpositi obedientiam esse in exteriori: & latitudo voti obedientie Religiosorum tantummodo ad exteriora pertinet.* In interiore vero aliter res se habet, quo solus Deus, & director intrant. Altera. *Risù digna est nova quædam doctrina in Ecclesia Dei, quod anima quodam internum gubernari debeat ab Episcopo; quod si Episcopus non sit sapax, anima ipsam cum suo direttore adiat. Novam dico doctrinam, quia nec sacra Scriptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullæ, nec Sancti, nec doctores eam unquam tradiderunt, nec tradere possunt; quia Ecclesia non indicat de occultis. & anima sua habet eligendi quemcumque sibi bene visum.* Harum propositionum doctrina eo pertinet ut Pastoribus Ecclesiæ regimen adimat animarum.

XVII. Dux alie propositiones ab Ecclesiâ præscripte confirmant sententiam nostram. Alexander VII. hæc thesim damnavit: *Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfactio præcepto Ecclesiæ.* Alteram damnavit Ven. Innocentius XI. *Præcepto communionis annuæ satisfactio per sacrilegam corporis Domini manducationem.* Etiam in his propositionibus de interioribus animæ actibus sermo est. Ex more hæcque, & consuetudine Ecclesiæ constat, interioris animæ regimen potestati Ecclesiæ subiectum esse.

XVIII. Rationes quoque idem evincunt. Nam Ecclesiæ regimen societatem non mere humanam, & civilem moderatur, sed christianam; quæ, ut talis, ad finem supernaturalem, & divinum tendit. Illius finis salus

æterna est. Huius finis proportionata sunt media necessaria est. Ergo amarus Pastor cuius est animas in hunc finem dirigere, potestatis instructus est præscribendi ea quæ hinc finis comparando idonea sunt. Porro actus interiores potissima media sunt quæ viam ad hunc assequendum finem sermant. Ergo qui præcipit, & ducere in hunc finem animas debet, præscripta media præcipere, aut vetare potest, prout congruunt, aut obviunt eidem fini: alioquin inutilis esset potestas in finem, si nihil in media iuris haberet.

XIX. Quæ omnia iterum præxi Ecclesiæ confirmantur. Nam reipâ Ecclesiâ præcipit attentionem interiori orationi necessariam. Et, licet attentio hæc orationi vocali connexa sit, non apparet cur Ecclesiâ præcipere nequeat meditationem mere internam per horam plus, minusve. Et reipâ non præcipit Regularibus exercitia spiritualia, quæ potissimum in meditationibus fita sunt; Prælati regulares reipâ obligant subditos ad actus mere internos, ut ad Sacrificii Missæ applicationem, ad orationem mentalem. Quid quod Regulares vi voti obedientiæ voluntatem subiciunt Prælati, non solum quantum ad actus exteriores, sed etiam quantum ad actus interiores? Et vi illius voti plura iubere Prælati subditis possunt quæ interiori animæ moderationem spectant.

XX. Quæ contra obicere solent, hic revocantur. Ecclesiâ ea præcipere, aut vetare potest de quibus indicandi potestatem habet. Sed Ecclesiâ de occultis animi internis motibus iudicare nequit. Ergo neque de eisdem ferre legem valet. Resp. Negatur consequentia. Ecclesiâ nequit iudicium ferre, utrum actus internus reipâ elicitus nec ne sit, ut bene vel male exercitus. Idcirco iudicium contentiosum instituitur, penasque a iure præscriptas infligere propter eiusmodi actus Ecclesiâ nequit. Factum istud Ecclesiâ ignorat: & ideo reipâ hoc factum, prout ignoratum, non punit poena forensi. Ecclesiâ vero præcipit iteriorem meditationem, attentionem, idque genus similia, prohibetque contraria, quorum malitiam, aut bonitatem evidenter cognoscit. Quare non quod ignorat, sed quod manifestè comprehendit, iubeat exequendum, aut vitandum. Et quoniam nescit, utrum reipâ subditus id præstiterit, an lecus; idcirco in eundem iudicium contentiosum non instituit. Neque istud occultati facti cognitio necessaria est, ut id præcipiatur, aut vetetur quod secundum iura clare scimus bonum, aut malum esse. A fultore disputatione abindec: quoniam, ut ex utrius-

utriusque sententiæ examine collegi, diffidendum potius de voce quam de re est. Nam quæ recentior, ab Ecclesiâ præcipi, utriusque sententiæ Auctores fatentur. Sed Auctores sententiæ negantis Ecclesiæ potestatem in actus internos, dicunt, ideo iure præcipi omnia indicata officia ab Ecclesiâ, quia connexa per se sunt cum exterioribus actibus. Alii contendunt, Ecclesiam eadem præcipere, aut prohibere posse, nullo etiam ad hæc connexionem respectu habito. Verum, si res penitus inspicitur, vix quidquam Ecclesiâ præcipi quod non sit cum exteriori regimine aliquo modo coniunctum. Quare disputatio tanti non est, ut fultus displicenda sit.

XXI. Quæst. IV. *Potest ne Ecclesiâ præcipere, vel non indirectè actus internos cum externis connexos?* Resp. Triplex differentia actuum. Alii sunt mere interni; alii externi tantum; alii mixti ex utriusque. Mendacium mixtum est ex interno iudicio aliter ab eo quod verba produunt, indicante, & ex prolatione externa verborum. Confessio sacramentalis componitur tum ex manifestatione externa peccatorum, tum ex interiore dolore. Alii distinguunt duplicem connexionem actus internos inter & externos. Primum dicunt per se, in qua actus interior est veluti forma exterioris in genere moris, & virtutis. Sic est attentio ad orationem exteriorem, consensus interior ad contrahendum matrimonium, celebrandum quemlibet contractum, intentio ministri ad baptizandum. Aliam vocant per accidens, in qua actus exterior absolute nullam dicit cum interiore connexionem; sed mere concomitantè ad illum se habet. Caramuel, de morte laxiora promovens, negavit Ecclesiam posse præcipere actus externos propter actus mere internos. Quapropter negat, Superiorum posse vetare accessum ad talem domum mulieris, ob evitandum consensum internum in adulterium. Quam erroneam opinionem late constat illius adversarius P. Cardenas, *crif. II. disp. xxv.* Sed nec constationem meretur opinio omnibus improbata, & prorsus inepta, & regimini ecclesiæ perniciosa. Ratio Caramuelis vana est. Qui nequit finem præcipere, neque media potest: quia media specificantur a fine. Lex humana non habet potestatem in actus mere internos, qui sunt finis actuum exteriorum. Ergo neque externos præcipere valet. Prima propositio erronea est. Nam Ecclesiâ non habet potestatem in sacramenta, & alia, quæ iuris divini sunt; & tamen plures ritus & cere-

monias præscribit quæ ordinantur ad sacramenta, & ad ea quæ iuris divini sunt; tamquam ad finem. Quare communis est omnium Theologorum sententia, posse Ecclesiâ præcipere actus exteriores, connexos cum interioribus; & consequenter potestatem indirectam eidem concedant in actus interiores. Siguidem, licet actus externus ordinetur ad internum, ab eoque, tamquam a fine, speciem capiat; tamen non propterea definit esse externus. Ergo manet sub regimine exteriori Ecclesiæ. Non est itaque eum Ecclesiâ illum præcipere nequeat, etiam si potestatem directam in actus internos non haberet. Porro forma & essentia moralis plurimum actuum exteriorum sunt ipse actus internus. Ergo Ecclesiâ quæ præcipere directè actus externos valet, indirectè interiores iure imperat.

XXII. Quæst. V. *Præcipiut ne Ecclesiâ vellet actus externos occultis?* Resp. Admirantur committere omnes. Quia actus, quatenus externi sunt, sub potestate Ecclesiæ cadunt, utpote sensibiles, & humane difficultatis, & iudicii capaces. Quod autem occulti sint, restitumque cognitionem fugiant, per accidens est. Possunt enim in publicam cognitionem venire: & hoc fat est ut humane potestati subiecti sint. Quapropter furta, adulteria, homicidia, sodomitæ, & cetera eiusmodi delicta, quamquam occultissima, legislatores humani punire valent. Nec est quod opponas, non posse legistorem ea prohibere quæ nequit iudicare: quoniam eiusmodi delicta iudicare natura sua valet; licet quandoque per accidens, ob testium defectum, iudicium exerceri nequeat.

CAPUT III.

De legis humane obligatione. Unde eiusdem colligenda obligatio. Iusta ne sit oportet, ut obstringat. Quid de iustis iustis. Plures hæc de re quaestiones.

I. Legem naturalem, divinamque naturam sua obligationem imponere, dictum supra est. De legis humane obligatione in presentia sermonem instituis. Legem hæc, dummodo iusta sit, obligare, & quidem in conscientia, & sub gravi culpa, veritas fidei est, quam declarat Apostolus Paulus ad Rom. xxi. *Omnis anima potestibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistit, sibi ipsi*

damnationem acquirit: nam Principes non sua timori boni operis, sed mali. Ita autem non timere potestatem Bonum sic, & habet laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, timeo non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Non solum itaque propter iram, sed propter conscientiam legitime potestati subiectio necessaria est. Conscientia ipsa ligata est: idcirco praecepit Apostolus: Ideo necessitate subditi estote. Necessitas haec obligationem prodiit conscientiae. Plura quae ad hunc explicandum textum dici possent, iam supra ex S. Thoma dicta sunt. Paucis ergo hanc primam veritatem expedit, videlicet, subditos legitime imperanti astrictos esse sub gravi culpa obedire. Qui legem humanam violant, non modo contra haec, sed contra ipsam aeternam Dei legem peccant. Quoniam Principes Dei nomine imperant, iuxta illud Prov. VIII. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Heinc adversus Israelitas rebelles inelamavit Deus I. Reg. cap. VIII. Non enim te abiecerunt, sed me. Et Apostolus Paulus in laudato textu perspicue definit: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Transgressores ergo legum humanarum immediate peccant adversus legem humanam, & consequenter contra legem aeternam. Quapropter definitur communitur peccatum solet dictum, factum, aut conceptum contra legem aeternam Dei.

II. Diligant hic Theologi, detur ne vera lex, quae in conscientia non obliget. Et committere resolvunt inseparabilem a vera lege esse obligationem, aut ad culpam, aut ad poenam. Quin de ratione legis est non modo sub poena, verum etiam sub culpa obligare; ut inquit S. Thomas I. 2. quaest. xvi. art. 4. Leges possunt humanitas sua iuste, vel iniuste. Si quidem iuste sint, habent vim obligandi in foro conscientiae a lege aeterna, a qua derivantur. Quare nec ipse legislator ferre veram legem potest quae obligationem obediendi subditi non imponat. Minuere culpam valet; sed tollere omne parendi debiti non valet.

III. Constitutiones plurimum Religionum, & potissimum nostri Ordinis Praedicatorum, non obligant natura sua ad culpam; tamen recipi abique aliqua culpa vel neglectu quoniam. Communis responsio est, eiusmodi sanctiones obligare ad poenam, quamvis non ad culpam; ideoque veram legum notionem non

amittere. Sed haec responsio non videtur omnino solida; quia vera poena culpam supponit, ut omnes fatentur. Addunt obligare Praelatos hoc culpa, ut poenam taxatam in legibus transgressoribus infligant; & hi sub culpa debent poenam ferre, vel poenitentiam praecipiant a constitutionibus. Responsa haec subtilia effugia mihi videntur, ut praefatis constitutionibus vera legis notio tribuatur. Sint nec ne verae leges, quid iudicet? Si dicamus, eiusmodi constitutiones veras, & in toto rigido sensu leges non esse, aliquid ne deperdunt? Minus ne subditos astringunt? Nequaquam. Dicamus ergo constitutiones esse, quae veram legis rationem non habent: quia neque ad culpam natura sua obligant, neque veram poenam, quae culpam praecedat, imponunt. Sapientes Ordinum Insuperiores Religiosos gratiae tot legum ad culpam obligantium onere prudentissime noluerunt. Ne vero hinc Religiosi eisdem negligendi, aut violandi anam arripierent; immo, ut intelligerent, quanta diligentia implende essent, culibet transgressioni poenitentiam praescripserunt. Nec ideo, sicuti optime advertit B. Humbertus Ord. Prad. Magister Generalis in commentariis ad S. Augustini regulam, his sanctionibus vim obstringendi sub culpa ademerunt, ut minus sollicite & diligentius fervarentur; sed ut tranquillitati conscientiarum providerent. Ut autem hanc suam disciplinam aliquo temperant rigore, poenitentias transgressoribus libendissimas taxant, & contemptoresque ad culpam damnant. Et qui in more habent earumdem sanctorum violationem in gravi culpa periculo reperitur. Ex hac parte aliquam legis rationem participant; et altera a vera legis natura recedunt. Itaque mera consilia non sunt, nec vere omnino leges; sed constitutiones quae ad leges revocantur. Et, ad hoc quod attinet, forsitan plerisque fatis.

IV. Quaest. I. Leges iniuste parientur ne obligationem? Hactenus de legibus iustis. Nunc breviter dispiciendum, quam pariant iniuste leges obligationem. Et primum omnium, unde lex aliqua iniusta dicitur, edisserendum est. S. Thomas I. 2. quaest. xvi. art. 4. ut declarat, quae lex sit iniusta, explicat prerogativas legis iustae: & per oppositionem ad leges iustas legum iniustitiam colligitur. Inquit ergo: Dicuntur autem leges iustae & ex fine, quando scilicet ordinantur ad bonum commune; & ex auctore, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis; & ex forma, quando scilicet secundum aequalitatem proportionis imponatur subditis onera in ordine ad bonum commune.

commune; & ex auctore, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis; & ex forma, quando scilicet secundum aequalitatem proportionis imponatur subditis onera in ordine ad bonum commune. Cum enim unus homo sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum quod est, & quod habet, est multitudo; sicut quilibet pars id quod est, est totus. Unde & natura aliquod detrimentum infert parti, ut salvet totum. Et secundum hoc leges, huiusmodi onera proportionaliter inferentes, iustae sunt, & obligant in foro conscientiae, & sunt leges legales. Iniustae autem sunt leges dupliciter. Uno modo per contrarietatem ad bonum humanum, & contrario praedictis: vel ex fine, sicut cum aliquis praefatis leges imponit onerosas subditis, non pertinentes ad utilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriam; vel etiam ex auctore; sicut cum aliquis legem fert ultra sibi commissam potestatem; vel etiam ex forma, puta cum inaequaliter onera multitudinis disponunt, ut tantum ordinem ad bonum commune. Et huiusmodi magis sunt violentiae quam leges: quia, sicut Augustinus dicit... Lex esse non videtur, quae iusta non fuerit. Unde tales leges non obligant in foro conscientiae, nisi forte propter vitandum scandalum, vel turbationem: propter quod etiam homo iuri suo debet cedere, secundum illud Matth. v. Qui angariaverit te mille passus, vade cum eo alia via; & qui abstulerit tibi tunicum, da ei & pallium.

Alio modo leges possunt esse iniustae per contrarietatem ad bonum divinum; sicut leges tyrannorum inducentes ad idololatram, vel ad quodcumque aliud, quod sit contra legem divinam. Et tales leges nullo modo licet observare: quia, sicut dicitur Act. iv. Obviare oportet Deo magis quam hominibus.

V. Adde laeulenta est angelica doctrina, ut nulla egeat interpretatione. Leges iniustae sunt vel ex contrarietate ad bonum commune, vel ex fine; vel ex forma, ob inaequalitatem onerum distributionem; aut ex legislatore, quatenus limites eius potestatis excedit; & tandem ex oppositione ad bonum divinum, ut quando Principes, sive tyranni, sine legitimo, quidquam iubent quod sit contra legem divinam. Lex iniusta contra legem divinam nunquam servanda est. Lex humana iniusta similiter absolute servanda non est. Ad accidit casus potest ut inobstantia scandalum pariat; & tum vitandi scandalii causa observare legem subditi debent.

VI. Quaest. II. Leges iustae tyrannorum servandae ne sunt? Duplici ratione tyrannus nunciari quis potest, regimine, & usur-

patione. Iustus primi tyranni leges servandas esse certum est. Tyrannus quippe civium legitimum Principem est; tyrannidique notam subit ob onera iniusta, & leve bono communi adversantes, suaeque faventes cupiditati. Ob ista vero iniusta statuta principatu non exiit; sed legitimam retinet potestatem, quia iustus condere leges valet. Tyrannus regni usurpatione aut leges fert, antequam regnum pacifice possideat, & dum populus arma adhuc adversus eum fringit; & cum nullae sunt eisdem leges, tamen iuste, ex defectu legitima potestatis. Aut leges fert, postquam pacifice regnum usurpatione possidet, populo sine ex imbecillitate, sive alia ratione consentiente, illamque, ut Regem, aut Principem suscipiente; & tum leges ad eodem late, si iuste sint, servari debent. Peccat tyrannus usurpando, & retinendo regnum iniuste usurpatione. Contentum plures Theologi, peccare quoque eiusmodi tyrannum leges iustas utiunque republice ferendo, eo quod potestate caret esse debent ferendi, & republica coacte, non libere consentiat in eisdem tyrannidem. Sed verius alii propugnant, peccare quidem illum usurpando, & retinendo regnum, ut quod legitima praescriptione illud possideat; secus vero leges iustas ferendo in republice bonum. Quoniam, licet republica coacte consentiat in usurpationem tyrannicam; hac tamen posita, consentit ut legibus iustis, & utilibus dirigatur, quia necessario legum moderatione indiget.

VII. Quaest. III. Unde obligatio sit gravis obligatio legis? Resp. Obligatio legis est voluntate legislatoris, & voluntas legislatoris est eisdem verbis obliganda est. Verba autem quae imperium, & praecipitum legislatoris produunt, communitur sint sequentia: *Iubeo, mando, praecipio, volumus, decernimus, intendimus, obligaverunt omnes, tenentur, debent, oportet, necesse est.* Eiusmodi voces expriment vim legis affirmantia. Legis vero prohibentis obligationem produunt sequentia verba: *Prohibeo, veto, interdictio, nemini liceat, nemo possit, caveant omnes, abstineant* &c. P. Claudius La-Croix Lib. I. de leg. num. 656. contendit, eiusmodi verba, volumus, ordinamus, sancimus, statuimus, per se non praefere gravem obligationem, sed indifferentia esse ad legem, consilium, exhortationem, regulam. Quae interpretatio falsi est. Subdit continuo num. 657. verbum oportet non importare imperium, sed honestatem & convenientiam; idque dicit Sanchez, Tapia, & alii. Sed neque haec inter-

vis per continuationem fiat gravis? Respond. Quoties materia parvitate moraliter coniunguntur inter se, tunc componunt materiam gravem; quando e contrario inter se moraliter non ununtur, tunc non gravem materiam, sed magnam multitudinem, & pluralitatem efficiunt. At inquire, unde colligendum sit, materia parvitate inter se moraliter coniungi. Respondeo id colligi potissimum ex effectu, quem pariunt. Si enim materia parvitates multiplicatae gravem aliquem effectum inferant, tum moraliter coniunguntur inter se: disparatae quippe multiplicat effectus, ac unam gravem non producant. Exemplis res clarior evadent. In die ieiunii repetite sumptiones alicuius cibi in se parvas quantitates moraliter ununtur. Cur? Quia, licet absolute parvae sint praefatae cibi quantitates, tamen simul acceptae constant materiam gravem; & moraliter coniunguntur ob effectum quem producant in corpore humano subiecto ieiunio. Frustraneum quippe illa die repetite istae sumptiones parvi cibi efficiunt ieiunium. Similiter qui eodem festivo die saepius laboraret parvis temporis intervallis, quae temporis intervalla magnam constituerent temporis partem, graviter peccaret; quia illa temporis intervalla respectu eiusdem festi moraliter coniunguntur. Materia parvitates in genere iustitiae moraliter ununtur, etiam respectu diversorum. Quandoquidem, licet parva forte, quibus ab hoc surripitur obolus, ab altero duo solidi, ab altero medius assis &c. nulli personae gravem effectum, seu damnum inferant; tamen gravem effectum inducant in accipientem, nempe retentionem rei alienae in magna quantitate: quae retentio infert debitum restitutionis. Hac ratione venditores mercium, qui plures emptores defraudant parvis quantitatibus, licet nemo emptorum grave damnum lubeat, grave commodum auferuntur: idcirco in ultima parva quantitate, ex qua unita aliis parvis quantitatibus coalescit materia gravis, praefati venditores graviter peccant. Poriori iure parvae istae quantitates moraliter ununtur, si ad eandem personam attineant; ut quando ab eodem homine parvas res furripis, quae simul acceptae magnam constant quantitatem: quia tum duplici ex capite moraliter furcula ununtur, & propter damnum illarum illi personae, & propter effectum in accipiente solitum, & retentionem nempe rei alienae in gravi quantitate. Quare interdum, dum parva bona unita alicui furripiuntur, non tot parvitates requiruntur ad materiam gravem conflandam,

quod requirentur, si a diversis personis, quarum nulla subiret grave detrimentum, parva bona furripere.

XIV. Quaest. IX. Quando interrupta reputari materia parvitates debent? Resp. Trias sunt principia, unde debet colligi interruptio & separatio parvarum rerum. Temporis intervallum, conditio praeccepti, diversitas personarum. Si diversis diebus eluribus parvum cibi quantitatem sumas, tamen singulis id praestes diebus, non propterea parvae istae quantitates moraliter ununtur, quoniam ieiunium diei onus est. Similiter, si diversis diebus festivis parvulis temporis morali laborares, vel diversis diebus quidquam officii divini omitteres, licet ex parvitate istis simul sumptis gravis coalesceret materia, non propterea peccares mortaliter; quia morali nexu parvitates istae haud coniunguntur. Praecceptorum quoque diversitas moralem partium conjunctionem abruptum. Diebus festivis Quadragesimae modicum officii partem omititis, modicae cibi quantitates sumis, modica temporis parte laboras. Parvitates istae nullo morali nexu copulantur ob praecceptorum diversitatem. Similiter, quando plures homines, nulla pravia conspiratione, consilio, adhortatione, vel cognitione, sed fortuito casu ex eodem scrinio, ex eadem vinea quidquam surripent, licet grave detrimentum domino inferrent, nemo illorum peccaret mortaliter: quia nulla inter eos conjunctio foret, in hypothesi facta quod absque iuxta adhortatione, vel scientia, singuli parvam furriperant portionem.

XV. PP. Salmanticenses tract. XI. cap. 1. punct. 11. §. 3. num. 31. docent, cum quis consideret, desitque in causa ut plures homines parvam cibi quantitatem sumerent, parva temporis morula laborarent, vel exigua bona furriperent, non peccare graviter, quod ob personarum diversitatem partes istae nullo modo coniungantur. Laudant pro hac opinione *Castropalaum, Tapiam, Suarez*. Hac doctrina mihi haudquam probatur. Quoniam, licet respectu diversorum hominum partes istae disparatae omnino sint, & nemo illorum ob hanc rationem moraliter peccet; tamen, ut mea praestet opinio, respectu consulentis, qui causa est omnibus praefatis hominibus comedendis, laborandi, furandi parvas quantitates, partes istae moraliter coniunguntur: quia in hac omnes partes istae insunt. Qui vero pluribus forvis diebus festis aliquod magnum opus efficiendum, vel magnam pecuniam quantitatem furripiendam, vel ingentem pilcem die ieiunii pro collatione co-

medendum imperaret, hac cautione sane verferet, ut singuli modicam tantum partem exequendam lumerent, letaliter non peccarent? Hac mihi absurda videntur. Idcirco alio, hunc mortaliter peccare: quia ipse revera suo consilio, & influxu materiam gravem, ex parvis partibus moraliter comparatam, adversus recentia praeccepta poneret. Qui sub initium Quadragesimae deliberaret singulis diebus parvam cibi quantitatem extrahendum, & collationem comedere, istum graviter non peccare, docent laudati Theologi; quod ratione diversorum dierum partes istae moraliter non coniungantur. Peccet necne moraliter mihi latet, & balances desunt, quibus gradum malitiae ponderem. Ceterum hunc ego non absolverem, nisi pravam deponeret propositum. Qui his technis circumvenire Dei legem studet, negotium salutis parum curant, & minus sincere cum divino legislatore causam agant.

XVI. Quaest. X. Quandoquidem violatio legis in materia parva ex contemptu mortalis exaudit? Resp. Duplicem contemptum distinguit S. Thomas in *II. dist. 1x. art. 3. quest. 111.* Alter est universalis, cuius legis transgressioni communi: qui enim legem frangit, legem contemnit. At contemptus iste non constituit speciale peccatum a legis transgressionem distinctum. Alter est peculiaris, qui formalis nuncupatur. Contemptus iste respicit legis subiectionem, quia & legem, & eius legislatorem parvipendit. Legem violat quia legem a se parat, illamque rejicit, ut inutilem. Qui vero aliqua passione abreptus contra legem peccat, tunc non ex contemptu, sed ex infirmitate legem infringit. Tunc aliquis transgreditur (inquit S. Thomas 2. 2. quest. cxxxvii. art. 9. ad 3.) *ex contemptu quod voluntas eius renuit subiecti ordinationi legis vel regule: & ex hoc procedit ad faciendum contra legem, vel regulam. Quando autem e converso propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam, vel iram, inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis, vel regule, non peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa: Etiam si frequenter ex eadem causa, vel alia simile peccatum iteret.... Frequentia tamen peccati dispositioe inducit ad contemptum.* Ex hac peccandi frequentia legis contemptum Theologi colligunt, non formalem & expresse, sed interpretativum. Contemptum hunc salsus nos exposuimus in *Disciplina Apostolica-Monastica dist. v. Qui violat legem, sive divinam, sive humanam ex contemptu formalis legis, aut legislatoris in materia quantumvis parva, semper* Conc. Theol. Tom. VI.

peccat mortaliter: quia iustus peccati obiectum formale non est materia parvitas, sed legis, aut legislatoris contemptus. Porro quod contemptio legislatoris divini sit grave scelus, nemini vel dubitatio in mentem venit. Legislator autem humanus, quatenus legislator, Deum representat, cum omnis potestas a Deo sit. Ergo eiusdem quoque contemptio gravis est.

XVII. Distingueda est contemptio legis, & legislatoris a contemptu rei praecceptae. Quis transgreditur legem quia rem praecceptam parvipendit, & nullius momenti illam reputat: si res parva sit, venialiter, si gravis, mortaliter peccat. Distingunt similiter Theologi contemptum legislatoris, seu superioris, non ut superior est, sed ut homo est. Et hunc non esse proprie contemptum docent. Quare, inquit, si quis refugeret exequi imperium, non quatenus imperium est, sed quatenus in hac materia est inutile: & depliceret superiorem, non ut superiorem, sed ut hominem imprudentem, inductum, ineptum; tunc non peccare hunc peccatum contemptus mortalis, sed peccatum communitatis dictum, plus minusve, iuxta maiorem aut minorem materiam gravitatem, aut superioris depectionem, aserunt. Doctrina haec periculi plena est. In superioribus non personae conditio, non peculiaris merita, sed potestas quae a Deo dimanat, spectanda est. Et ego quidem existimo, raro accidere peccatum formalem contemptum; at non adeo rara, sed frequentia occurrere timo peccato contemptus virtualis, seu interpretativi, quem continuata legum transgressio dispositioe inducit, ut inquit Angelicus.

CAPUT VI.

De legis penalibus obligatione ante, & post sententiam iudicis.

I. LEX penalis a poena quam imponit, nomen subit: & distinguitur a mortali, quae conscientiam stringit, nulla adiecta transgressoribus poena. Lex ista duplex. Altera simplex, seu pure penalibus, quae nullo imposto praeccepto, dumtaxat poenam lubendam decernit; puta, si quis frumenta extraxerit, aut introduxerit, si quis arma detulerit, tantum pecunia solvet. Lex penalibus mixta praecceptum, & poenam includit: Praecipimus, utiam sub tali poena, ne hoc fiat.

II. Poena alie positivae, ut peccatiuram solutio, flagellatio, mutilatio &c. Alie privativae, quae aliquo bono transgressores pri-

vant, ut excommunicatio, irregularitas, & alie tandem mixtæ æe politivis, & privativis, ut sunt illæ quæ quantitatem pecunie solvenda, dignitatis, & gradus, ac beneficii privationem imponunt. Hæc penarum alie temporales, ut honorum confiscatio, exilium, damnatio ad carceres; & id genus. Alie spirituales, quæ bonis divinis privant, ut sunt censuræ, & alie penæ ecclesiasticæ. Tandem aliæ sunt lætæ, aliæ ferendæ sententiæ. Ille ipso facto, hæc post iudicis sententiam incurruntur.

III. *Quæst. I. Undenam argui potest legem penalem mixtam obligare sub gravi culpa?* Resp. Leges alie ecclesiasticæ, alie civiles. Primum de illis, post de his dicendum est. Leges ecclesiasticæ, quæ aliquid prescribunt sub excommunicationis maioris penæ, semper obligant sub gravi culpa. Quoniam hæc excommunicatio non infligitur, neque contrahitur, nisi ob peccatum mortale; ut communiter docent omnes. Quæ vero adieciunt penam excommunicationis minoris, si illius penæ non inferitur, transgressionem legis affert mortalem, quia ob culpam venialem contrahitur pena illa valet. Attendenda ergo est materia gravitas, vel paritas, quæ legi subest; nam, si materia prescripta gravis sit, transgressio mortalis; si levis materia, levis violatio erit; ut communiter docent omnes. Alias censuræ irregularitatis, suspensionis, interdicti latas in lege negant aliqui Theologi signa esse obligationis sub gravi culpa. Sed, opinione illa missa, dicimus, penas recentitas nunquam a legislatore infligi, nisi ob culpam gravem; idemque dicendum de degradatione, depolitione, & sepultura privatione. Hæc omnia manifeste indicant, voluntatem legislatoris gravem imponere obligationem. Prefatæ quippe penæ magnis bonis spiritualibus privant transgressores. Leges autem ecclesiasticæ quæ eiuſmodi penas infligunt, mixtæ sunt, includuntque præcepta positiva adfectis penis, quæ continent, legem legem summo iudicio legum observantiam velle.

IV. *Quæst. II. Penæ temporales, & spirituales a lege penali, sunt ne sufficientes signum obligationis sub gravi culpa?* Resp. Martinus Navarrus in *Man. cap. XLIII. num. 55.* primum omnium docuit, nullam legem penalem si ve ecclesiasticam, si ve civilem, quæ temporales penas infligit, in conscientia obligare. P. Dominicus Viva Tom. I. *de leg. quæst. iv. art. 2.* referens hanc opinionem inquit: *Probabilis tamen sententia Navar. Covar. Reginald. Palai, & aliorum apud Dianam. Hæc prælati, apud Dianam, passim P. Viva utitur,*

& hanc Navatri sententiam propugnat eodem Dianæ quia, inquit potest Republica obligare transgressores suarum legum ad penam sustinentem; quin obliget ad culpam. Sic potest cullosidibus in bello sub pena vite imponi vigilia; qui obliſcentur sub mortali ad vigilandum. Neque dicas, subdit, peccare eum mortaliter qui vite periculo se se exponit. Nam, ut notat Diana, potest aliquis tam caute legem transgredi, ut non subſit periculo, ut deprehendatur. Ubique doctrina Dianæ recurrit. Quo ergo lagaciores sunt subditi in deludenda Principis lege, eo sunt feliciores. Quantum hæc Dianæ doctrina & rectæ rationi, & Principum potestati, & tranquillitati Republicæ repugnet, nemo non videt.

V. Ut propositæ quaestione perspicue respondeam, dico primum, leges penales mixtas, quæ verbis, præcipiunt, & iubeant, mandant, &c. quidem imponunt præstantiam, vitandamque, obligare in conscientia sub culpa gravi. Et ratio evidens est. Nam divina leges sub gravi culpa obligant, licet gravissimas infligant penas. Leges omnes quæ præceptivas vocant, obligant in conscientia. Ergo si ultra præcepta penas adieciunt, gravius se obstringere subditos legislatores declarant. Quare leges Navarræ, qui ait, *leges humanæ etiam præcipientes non obligare ad penam æternam*, nullo modo probabilis est: & rationes quas allegat, nullius sunt momenti. Nam quod opponit, odia esse retrahenda, verum habet, sed iuxta rationis & aequitatis regulas. Quod subdit, Principes non cogitæ de culpa, post seque sola penarum severitate Rempublicam moderari, vanum commentum est. Nam ethnici Principes de culpa penaque æterna nihil cogitabant. Et tamen Apollibus Paulus clamat his parendum esse propter conscientiam. Conſuetudo quam allegat Navarrus, contra eundem urget; tum communis Theologorum sententia oppositam defendat: nec consuetudo ex transgressorum multitudine, sed ex doctrina sana, & sanctorum hominum auctoritate sumenda est.

VI. Diffidit est de lege pure penali, quando videlicet legislator penam imponat verbis præcipiuntibus, adhibeatque verba, *statuimus, ordinamus &c.* PP. Salmanticenses tract. xi. cap. 11. punct. 3. §. i. num. 51. docent, legem pure penalem non obligare in conscientia. Advertunt tamen expiendias esse leges quæ pretium rerum taxant; aut aliquod aliud debitum solvendum præscribunt: quia eiuſmodi leges non obligant ut

pecc-

penales, sed prout declarant, & expriment obligationem legis naturalis. Suamque conclusionem evincunt: quia legislator potest obligare ad solam penam. Ergo ad hanc solam illum aliter subditos dicendum est, quoties præceptum non adiecit. Et laudant pro hac opinione Sanchez, Castropalaum, Bonacium, Aravium, Suarez, & alios. Nec admittunt limitationem, quando nempe penæ infligæ sunt gravissimæ; ut penæ mortis, infamæ, tritremium, carceris perpetui, publicæ flagellationis, amissionis omnium bonorum &c. Et ad oppositum fundamentum, quod exponere te mortis, infamæ, perpetui carceris &c. periculo sit peccatum mortale, respondent, esse peccatum letale contra legem caritatis, scilicet contra legem penalem. Heinc concludunt, nullam legem, si ve ecclesiasticam, si ve civilem, pure penalem, quantumvis gravissimam imponat, obligare in conscientia; quia ad incurrendam penam, etiam gravissimam, non requiritur culpa theologica; sed lat est civilis & politicus. Et laudant pro hac opinione Castropalaum, Tapiam, Navarrum, Reginaldum, & alios.

VII. Opinionem hanc, ut minus probabilis, reitico: & sententiam, quæ mihi probabilior est, expono. Legis penalis obligatio ex verbis legislatoris, ex materia gravitate, ex penarum atrocitate haurienda est. Si ex verbis legislatoris deprehenditur eum nolle obligare sub culpa; sola pena subeunda violatoribus erit. Tum vero ex verbis legis hoc eruitur, quando legislator declarat, se nolle ad culpam obligare; quantum omnis vera lex ad culpam obligat. Ergo, non obliget, exprimere id legislator debet; ut reapse omnes Inſtitutores sacrorum Ordinum præstiterit, quando ad culpam obligare noluissent. Concedo, non semper necesse esse ut legislator conceptis verbis exprimat se nolle sub culpa reapse obstringere subditos, sed ex verborum forma quandoque id erui legitime posse; ut quando legislatores hæc dilinſtiva formula utuntur: Nemo extrahat frumentum; aut, si extraxerit, solvat quinquaginta aureos: nemo arma deferat; qui detulerit, eadem amittat. Tum enim assentior & ego, nullam adesse obligationem sub culpa theologica reatu. Quibus positus, disce, quoties lex penalis imponit gravissimas penas, mortis, infamæ, tritremium, exilium, &c. adieciunt ut hæc subditi evidentiùs intelligant, comprehendantque obligationis gravitatem. Fractores itaque illarum legum, non modo peccant contra carita-

tatem, sentire non convenit. Porro contra rectam rationem ageret legislator qui atrocissimas infligeret penas his qui nullam perpetrarent culpam. Potestatis præditi sunt legislatores humani obligandi ad culpam; ergo, quoties penas mortis, infamæ, perpetui carceris infligitur, sub culpa reatu obstringunt. Quoniam, ut dictum est, atrocium penarum impolito argumentum est, legislatorum velle omni efficaciori modo valere, aliterque subditos suos ad observandas leges. Valet autem eos ad culpam obstringere. Ergo reapse eodem ligat. Et si rogaremus omnes Principes, Reges, Imperatores, utrum subditorum conscientias obstringere velint esse legibus quarum observantiam sub capitis pena inducunt, nemo minus esset qui non responderet, se velle omni & meliori possibili modo subditos suos obligare, atque adeo sub culpa; cum sub culpa obstringere eos valeant. Immo possibillimum Principes intendunt potestatem sibi a Deo collatam ut, obligandi scilicet subditos ad legum suarum observantiam sub culpa reatu; cum sciant hoc esse possibillimum vinculum obstringendi subditos bene moratos. Quid? Otiosi non teneri illi volent potissimum sue potestatis vim? Quæ omnia confirmantur ex materia gravitate. Penæ atroces enarratæ nunquam infliguntur nisi in materia gravi, & gravissima, quæ conducit bono communi Republicæ.

VIII. Heinc colliges, graviter peccare illos qui violant leges veterantes ne aliquæ merces aut introducturæ, aut extrahantur, sub pena exilii, perpetui carceris, infamæ &c. Quoniam leges si ve obligant in conscientia ob rationes datas. Et istarum legum violatores periculosi sunt bono communi principatus. Introductio exterarum mercium sepe gravissimè nocet artificibus patriæ, detrimentum infert Principi arario, & prima mala parit. An oppidorum leges veterantes ne animalia in aliena pecunia immittantur, ne cadantur ligna sylvarum, prohibentes pifacationem, venationem &c. obligent nec ne ad culpam; ex qualitate, & quantitate penarum, ex forma legum colligendum erit. Leges eiuſmodi villarum, oppidorum &c. non sunt vere leges ex defectu potestatis.

IX. Ut paucis omnia concludamus, viæ Principes condunt leges quæ sint pure penales: quia, ut dixi, in materia gravi intendunt obligare totius potestatis conatu; potestatisque adieciunt ut hæc subditi evidentiùs intelligant, comprehendantque obligationis gravitatem. Fractores itaque illarum legum, non modo peccant contra carita-

tem, quia periculo infamiae, triternium, exiti perpetui se exponunt; verum etiam quia violant legem poenalem, quae sub culpa obligat. Illudque memoriter commendandum, quod lex quaeque natura sua obligat ad culpam: & exemptio ab hac obligatione exceptio est peculiaris, quae, nisi a legislatore exprimitur, praesumi nequit. In dubio autem, utrum legislator excipiat nec ne ab hac obligatione, tenendum est eum non excipere, sed contra obligare sub culpa reatu; quodquid in oppositum dicant Probabilitate. Sed de hoc solum infra.

X. Quaest. III. *Violatores legum poenalem tenentur ne taxatas poenas lueri ante iudicis sententiam?* Resp. Poenae impositae a legislatore alia ferenda, alia lata sententiae sunt. Aliae passivae quae nullam violatoris actionem excolunt; aliae positivae, quae executioni mandari nequeunt absque transgressoris actione. Convenit poenas omnes, poenas spirituales inflictas ab ecclesiasticis legibus, si sint latae sententiae, a transgressore subeundas esse iudicis sententiam. Eiusmodi poenae sunt excommunicatio, suspensio, interdictum, irregularitas &c. Ratio est, quia legislator reipso potest infingere eiusmodi poenas, ante iudicis sententiam subeundas. Ergo quoties in sua lege declarat, reum ipso facto obnoxium fore eiusmodi poenis, reipso eadem perferre ille debet. Excipienda tamen est, irregularitas, quae infamiam parit: quia neco censendus iure infamis est, nisi post iudicis sententiam.

XI. De aliis poenis temporalibus privativis, ut de deprivatione vocis activae, & passivae, idem docent multi & graves Theologi: atque adeo nulla electio est quae praepositorum privationem ipso facto latam vocis passivae in electo, & vocis activae in electoribus. Adhuc tamen, non tenent reum se voce privare ante iudicis sententiam, si notam infamiae subiret: quia ius ad propriam famam suam prevalere humano iuri, talena poenam imponenti, debet. Addunt, debere reipso tam electores, quam eligendos abstinere ab electione & activa, & passiva: quia, cum legislator potestatem habeat infingende poenae, ipso facto incurrendae ante iudicis sententiam, consequitur subditos ipso facto eam incurere. Potiuntur postea isti iure purganda suae famae, post obedientiam legi praestitam. Verum, subdunt alii, quod dum poenae privant iure iam acquisito ad aliquam rem, tunc poena non incurritur ante iudicis sententiam, declaratoriam saltem criminis, vi cuius subeunda poena est; etiam si lex enun-

tiet, poenam subeundam esse ante iudicis sententiam. Quare qui ius acquiritur, ut eligat, aut eligatur, antequam his iuribus privetur, sententia iudicis criminis declaratoria praecedat oportet. Ratio quam assignant, valde congrua est: quoniam lex opportuna, & apta esse debet hominum conditioni, & nimia severitatis expers. Nimium autem rigorem & severitatem praefert quod homines non audit, ipse suis bonis iam acquisitis se se privent. Hanc sententiam defendit Dominicus Soto Lib. I. quaest. vi. art. 6. Molina Tom. II. tract. 11. disput. xxv. Caietanum in sum. verb. Poena. Salmanticenses tract. xi. cap. 11. punct. 3. §. 2. n. 59. Turnely tract. de leg. cap. v. sect. 1. & alii plures. Excipiuntur aliqua poenae, quas ipso iure, & consuetudine ante iudicis sententiam reipso rei subeunt; ut poena qua coniuges ob incestum crimen, cum alterius consanguineo perpetratum, a debita petitione privantur. Poenas autem positivae, quae consistunt in actione positivae transgressorum, non incurri ante iudicis sententiam, tamen in lege dicatur, ipso facto, non expectata iudicis sententia, munis sententia est.

XII. Aliae poenae sunt quae non aliquo acquirent iure privant, sed inhabiles declarant homines ad aliqua bona, seu iura indisplicenda. Haec tamen, si presse loqui velimus, poenae non sunt; sed impedimenta, a legislatore ob bonum commune iuste praescripta. Et eiusmodi poenae, a iure sive canonico, sive civili latae, incurri ante quamcumque iudicis sententiam communitur Theologi docent. Quamobrem Beneficarii, qui officium divinum non recitant, incurrit poenam retentionis fructuum pro rata in Concilio Lateranensi I. taxata: & Pastores Animarum incurrit poenam latam in Concilio Trident. sess. XIII. cap. 1. de Reformatione, contra non residentes in suis Ecclesiis. Omnes isti pro tempore quo non resederunt in suis Ecclesiis, restituere beneficii fructus debent ante iudicis sententiam: cui debito non tam ex positivo, quam ex naturali iure obnoxii tum Beneficarii, tum animarum Pastores sunt. Qui consequuntur beneficium secundum, quod simul cum primo retinere nequeunt, ipso facto inhabiles sunt ut alia asequantur nisi renuntient. Similiter electio haereticis ad beneficium ecclesiasticum ipso facto irrita est ante iudicis sententiam. Poenam quoque inhabilitatis ad futurum matrimonium, non expectata iudicis sententia, incurrit maritus, qui propria occidit uxorem, ut cum altera matrimonium incant, aut alter-

ram agnoscunt cum futuri matrimonii promissione.

XIII. Conditiones quas legislator praescribit pro aliqua dignitate, vel gradu assequendo, quae sub penarum nomine comprehenduntur, licet poenae absolute non sint, ipso facto, & non expectata iudicis sententia, inhabiles reddunt candidatos ad dignitatem, aut gradum. Quare electus Episcopus, si infra annum non consecratur, privatur Episcopatu: & electus ad beneficium curatum, non privatur beneficii simoniae: licet PIOUS IV. in sua constitutione ipso facto iidem beneficia simoniae confiscavit. Eodem modo explicanda lex est, lata a Bonifacio Papa III. & confirmata a Gregorio XIII. contra eos qui in curia aliquid pro gratia, & iustitia accipiunt.

XIV. Dices: Ut quid leges praescribunt poenas ipso facto, non expectata iudicis sententia, subeundas, si committitur Doctoris oppositum docent? Irrioria videntur, & vana eiusmodi clausulae, si nunquam executioni demandantur, nisi post lites & expensas forenses. Praefatae clausulae vanae aut superfluae minime sunt. Quoniam in praefatas poenas ipso facto, & non expectata iudicis sententia incurrit transgressores, posito quod reipso violatores legum fuerint. Quare in iudicis arbitrio minime est eiusmodi poenas aut coarctare, aut temperare, aut mutare. Ad quid ergo iudicis sententia requiritur? Ut declaratur crimen ob quod subeunda poena sunt. Quod declarato, ipso facto perferre reus poenas debet. Et in hoc relacet mitis & sua vis modus legum. Constituant ipsi poenas, desinuantque, quas perferri a transgressoribus volunt, nullo alio iudice super qualitate, aut quantitate poenarum sententiam ferente. At simul permitunt ut iudex criminem recognoscat, declaretque revera perperatum esse.

XV. Quaest. IV. *Qui a contractu inito resistunt, subire ne poenam conventionalem debent, latam in eiusmodi resistentes, ante sententiam iudicis?* Resp. Saepeneuntes aliquem contractum reciproco consensu poenam constituant, puta quinquaginta aureorum, ab illo subeundam qui inito contractui non steterit.

Convenit poenas omnes, poenas debere esse licitas, honestasque, non reprobatas iure; ut sunt illae quae constituunt ipsam, iuribus ab eo qui spontalia fregit, quaque proscriptae sunt in cap. Gemma de sponsi. ut poenae matrimonii libertatem impediunt. Poena quoque moderata esse debet intra aequitatis confinia. Certum quoque est, neutrum ex contrahentibus in poenam incurere, si absque utriusque, aut alterutris culpa contractus executioni non mandetur.

XVI. Quibus constitutis, ut certis poenas omnes, diluantur in utramque partem Theologi super proposita quaestione. Negat prima sententia, ante iudicis sententiam subeundam poenam esse a reo qui contractui celebrato litare recuaverit. Quoniam praesumendum est, contrahentes poenam illam sibi imponere iuxta dispositionem iuris communis circa leges poenales. Porro secundum ius commune respectu omnium est, quod neco poenam subeat nisi post iudicis sententiam. Ergo ad normam legis communis interpretanda est conventio illa poenalis quam mutuo consensu faciunt contrahentes. Quandoquidem haec poena conventionalis, non secus ac lex generalis poenalis, odiosa est. Ergo eodem modo restringenda, ac benigno in sensu explicanda. Hanc sententiam, praeter alios, defendit P. Viva Tom. I. quaest. iv. art. 11. num. 5. ubi citat Lessium, Sanchez, Valquez, Paluum apud Dianam.

XVII. Opposita sententia mihi probabilior apparet, nempe partem quae culpa sua a contractu inito recedit, luere constitutam poenam debere ante iudicis sententiam. Siquidem conventio illa poenalis quidem contractus est, libero consensu celebrata. Sed quilibet homines ac iustus contractus, libero reciproco consensu celebratus non expectata iudicis sententia, executioni demandandus est. Ergo & praefatus. Quod laudata conventio fit quaedam contractus species, addita primo contractui, seu conditio eundem contractum concomitans, nec in dubium revocari a quoquam potest. Ergo quia ratione ante iudicis sententiam celebrare primum contractum partes altissime iuri, eadem exequi secundum debent. Quod voti exemplo confirmari potest. Qui votum edit quiddam exequendi, adiecta conditione subeunda poenae, nisi votum impleverit, ante iudicis sententiam poenam luere debet quam in hypothetico fractu voti ibi praescripti. Nec aliud assignari discernim votum inter & contractum potest, nisi quod ad contractum & contractum duo concurrunt; unus vero votum edit. Quod

diferimen nullum est. Hoc tamen intelligendum est, dummodo contrahentes non conuenerint, penam non esse subeundam, nisi iudicis sententia expectata: quo in casu cessat omnis questio.

XVIII. Quæst. V. *Legum poenalium violatores tenentur ne, prolata iudicis sententia, seipsis penam exequi; an debent expectare iustitiam executionem?* Resp. Poenæ duplicis sunt generis. Aliae quas reus propria actione absque ulla feriatas nota exercere potest; cuiusmodi sunt ieiunia, disciplinae, exilium, & similia, & has poenas, non expectata iustitiae executione, luere reus debet. Aliae sunt poenæ quas reus infligere sibi propriis manibus non potest; ut supplicium mortis, abscissio capitis, mutilatio manus &c. Eiusmodi poenas nec iudex exequendas a reo præcipere licite valet, nec reus easdem exequi seipso tenetur; sed tantum perferre illas a ministro iustitiae inflictas debet, & ea præstare que ex parte sua conueniunt, ut scalam ascendere, cervicem gladio supponere. Has poenas quemadmodum patienter ferre reus astringitur post latam a iudice sententiam; ita potest easdem via licita declinare occasione data. Potest reus fugam arripere, ut mortem deuitet; non vero ministris iustitiae aggredi, vel ferire iure valet.

XIX. Quæst. VI. *Tenetur ne iudex poenas a lege taxatas reo applicare?* Resp. Aut iudex est Princeps supremus, aut Principis minister. Cum Princeps supremus perlonam iudicis sustinet, potest poenam a lege taxatam minuire, immo & augere, non ex mera voluntate, quia & Princeps supremus legum auctoritas habet, sed ex rationabili congruentia, & iuxta circumstantiarum, & reorum diuersam conditionem. Cavendum tamen Principi est ne nimia indulgentia improbis anam præbeat ad perturbandam societatem. Quare, si rei soliti sint delinquere aduersus societatem, miseris cordia, iuxta clementiam Principis in eiusmodi reos est immanis crudelitas aduersus innocentes. Spectanda itaque sunt plures circumstantia, ut supremus Princeps iure queat minuire, vel augere reorum poenam. Iudices vero inferiores nequeunt minuire, & multo minus augere poenam a lege taxatam. In aliquo casu leuissimi poenarum pia interpretatione possunt temperare; dummodo id rei bono, & communi utilitati congruat; sicut, cum delictum aliqua atrociori circumstantia affectum est, poterit tamen iudex augere poenæ severitatem, prout expedire bono communi Reipublice cognoverit.

XX. Quæst. VII. *si iudex absque causa penam a lege prescriptam remittat, an tenetur ad restitutionem?* Resp. Vix contingere casus valet in quo iudex teneatur ad restitutionem poenæ quam applicare reo negligit. Difficultas esset de poena pecuniaria, applicanda vel sisco, aut parti lætæ, vel pauperibus. Et tum, si abique ulla legitima causa iudex ex genio poenam applicare omittit, a restitutionis onere ipsum non liberaret. Quoniam pars læsa ius habet ad compensationem damni sibi a reo illati; & iudex ex officio tenetur iustitiam administrare. Quare in similibus eventibus non legalem modo iustitiam, verum etiam commutantem violat. Iudices omnes, tum supremi, tum inferiores, cauti esse debent in declinandis cum rigoris, tum indulgentiæ extremis. Inferiores vero iudices possunt, quandoque, præcipue dum peccarum atrocitas delinenda, & temperanda est, in benigniorem partem legem interpretari; quoniam istius atrocitatis limen tum nemini præiudicium inferat, & animam miseri rei aliquantulum recreat.

XXI. Quæst. VIII. *Lex in præsumptione fundata contra legem diuinam, veritate deficiente, obligat ne in conscientia?* Resp. Causa contentus in proposita quaestione inuisibilis est. Duo nobiles coniuges plurimum annorum spatio, matrimonio tolemini ritu contracto, eundem thalamum habitant, seque agnoscunt. Elapso hoc annorum intervallo, nobilis mulier impotentem maritum acculat, litemque eidem intentat pro dirimendo Matrimonio. Iis in tribunal agitur, & tandem declarat matrimonium nullum ob impotentiam. Soluta matrimonio, ambo coniuges matrimonium nova inuent, amoque prolem continuo suscipiunt. Hic est casus quem describuntur proposita quaestione continet. In foro exteriori iudices præsumunt matrimonium nullum esse. Fallit præsumptio hæc. Lex, seu sententia, in hac præsumptione falsa fundata, obligat, seu efficit ne ut aut mulier, aut maritus, qui certo scit se non esse impotentem, valeat alteri mulieri nubere? Sententiam negantem defendunt communiter Theologi. Quoniam nulla falsa præsumptio prævalere legi naturali, aut diuinæ potest. Præsumptio hæc in foro exteriori valet, quia secundam allegata & probata reputatur vera. At, facta hypothesi, quod unus coniugum certo sciat se carere impedimento illo quod iudices exillarunt adesse, & vi cuius nullum declarat matrimonium, nunquam matrimonium inire valet: quia indissolubilitas matrimonii iure naturali iubetur.

& diuino. Opponi impotentia respectiva nequit contra factum. Nam maritus certo scire potest se esse, aut non esse potentem cum sua coniuge; nam certo scire potest abfuerit nec ne signaculum virginitalis. Impotentia hæc respectiva colligi nequit ex defectu prolis: aliquin omnes coniugati qui prole carent, dirimere matrimonia possunt. Ex solo ergo fundamento, quod cum tali coniuge coire maritus nequeat, colligi hæc impotentia respectiva potest. Et tam mulier, quam maritus certo scire hæc impotentiam valet. Ergo, admittit hypothese quod uxor, aut maritus certo sciat se non esse impotentem, tamen in foro exteriori nullam declaratur matrimonium, nunquam poterit contrahere aliud matrimonium: & si contractum, nullum erit. Quid, si mulier legax clau-dexterate impediret ne maritus regia clausura virginitalis transeret? Duplex, immo multiplex, & continuata iniquitas foret. Utrum postea fieri possit ut maritus sit impotens per decem, aut duodecim annorum spatium cum coniuge virgine, & post elapsam iuuentutem, & solum cum eadem matrimonium, exadat potens continuo cum alia desponsata virgine: soli qui ratione carent, in discrimen adducere hoc valet. Sententiam hæc defendunt Theologi, qui aduertunt legem fori exterioris latam esse sub conditione, videlicet ut ex allegatis, & probatis appareat. Sic docent Dominicus Soto Lib. I. quæst. vi. art. 4. Suarez Lib. III. cap. xiii. & Lib. V. cap. xxiv. Calotropaluz Lib. I. disp. 11. punct. 1. punct. 12. Salsas disput. xvi. sect. 7. num. 14. Arayus in 1. 2. quæst. viii. disp. vii. sect. 3. difficult. 2. num. 26. Tapia Lib. V. quæst. xiii. art. 2. Gregorius Martinez quæst. xvi. art. 4. dub. 5. Bonacina disput. 11. quæst. 1. punct. 7. Diana I. Part. tract. x. resol. 27. Salmanticenses tract. xi. cap. 11. punct. 4. num. 78. Plura alia exempla adducunt Salmanticenses, quæ omnia mihi non probantur; ut illud de constitutione Clementis VIII. qua largitio munerum interdicitur Regularibus; quam constitutionem, in præsumptione fundatam ambitionis, illi contendunt; qua ambrosio cessante licitum munerum largitionem afferunt. Laudata consuetudo eo tenendum custodiatur: quare absolutum est interdictum.

XXII. Pro omnium tamen exemplorum clarior intelligentia animaduertendum est, duplicem distingui a Theologis præsumptionem, aliam iuris, aliam facti. Præsumptio iuris

ea dicitur quæ in tali aut tali contractu dignoscit periculum fraudis, damni, fallaciae communitur, & sere femper occurrere; idcirco legem absolutam condidit legislator, qualem contractum in omni calu vetat; quamquam in aliquo casu periculum illud non adesset. Præsumptio facti, quam etiam definitio-nis vocant, determinat in hoc particulari casu non accidere; & ex hac suppositione legislator, vel iudex decernit rem ita se habere; in quo iudicio tacita conditio includitur, si factum verisimile sic se habeat. Quare illi fallitas præsumptionis, seu facti in foro exteriori probatur, subditus ab obligatione legis absoluetur. Concilium Tridentinum prohibet matrimonium clandestinum ex præsumptione fraudum, fallaciae, damnum &c. que talia consequuntur matrimonia. Et quia eiusmodi fraudes communitur in simili contractu contingunt, idcirco legem absolutam tulit; ita ut matrimonium nullum sit, etiam si nulla fraus occurreret. Quoniam legislator ad id quod communiter accidit, secus ad animum rarum, & particularem eventum, aliquid in condenda lege intendit. Præsumptio iuris non est præsumptio proprie dicta: quia lex quæ absolute prohibet in omni eventu aliquem contractum, non innotuit præsumptione, sed iudicio certo & absoluto.

C A P U T V.

De lege tributorum.

TRIBUTUM originem alii a tribubus, quia quondam tributum vestigialia solvebantur, alii a verbo tribuo repetunt. Tributum pensio publica est quam ad Principatus sumptus, & communes Reipublice expensas populi soluit. Tributum aliud reale, quod pro fundis immobilibus soluitur, & vulgo dicitur Campatico, aliud personale, quod pro industria, bonisque mobilibus populi pendunt, vulgoque appellatur Testatico seu Capitato, quod per capita soluitur. Alia sunt tributi acceptance. Nam pensio imposta rebus quæ in civitatem inducuntur, aut ab urbe exportantur, scilicet aucupator. Tributum quod soluitur pro rebus que vehuntur per pontes, aut flumina, appellatur Portorium: quod penditur ob viarum custodiam & insaurationem, Pedagogum dicitur: & tandem quod exigitur pro personarum operibus, vocatur Angaria.

II. Quærit. unic. Lex quæ tributum imponit, obligat ne in conscientia? Resp. Angelus, Navarrus, Socino, Bartholomæus Medina, & alii negantem sententiam defendunt. Ito-

rum ratione hae sunt. I. Communis hominum sensus, seu universalis consuetudo invaluit, leges tributorum esse mere penales, quae in conscientia non obligant, sed solum ad multam subeundam, si vestigialia non solvantur. II. Leges istae tributariae distinctivae sunt, videlicet, *solvae; aut, nisi solveris, deprebensus multam dabis*. III. Quia solutione poenae impolite factis proventus sumptibus Principatus. IV. Quia tot vestigialia iniuncta sunt, nimisque durum esset in conscientia obstringere subditos ad tot tributa solvenda.

III. Hanc opinionem, ut laxam, falsam, & verbo Dei repugnantem, communis Theologorum sensus improbat. Pseudothas Alphonso a Castro Franciscanus illico acri & elegantiam hanc doctrinam, cui errorem aperitissimum, profigit *Lib. I. cap. v. de lege penali, cuius pauca transcribere verba lubet. Ex hac falsa (inquit) doctrina mihi constat multos denegasse Regi Hispania tributa. Rem mihi notam narro, quam ego ipse vidi, & non quam ex aliorum relatione didici. Nam multi mercatores in variis Hispania locis me de hac re consuluerunt, quibus constanter, & eodem tenore semper respondebam, illos qui talia tributa denegant, peccare mortaliter, & eodem ad restitutionem... Hac causa fuit quae me ad hoc opus scribendum impulit, ut hanc errorem pessimum, quem sciebam multorum peccatorum fuisse causam, occurrerem. Timebam enim illud isate: Vix mihi, quia tacui: & illud Leonis: Qui alios ab errore non revocat, seipsum errorem demonstrat. Quis enim vir doctus, & catholicus tolerare potuisset tam pessimum sententiam, quae docet furta sine peccato exerceri: & quae furto subacta sunt, sine peccato retineri?*

IV. Adeo luculenta sunt divina Scripturae testimonia, quibus tributorum solutio praescribitur, ut mirari lubet, Theologorum aliquem reperit fuisse qui sub culpa reatu solvenda esse tributa negare ausus fuerit. S. Paulus ad Romanos XIII. inquit: Ideo & tributa praestatis: ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum, cui vestigial, vestigial. Christus Dominus Matth. XXI. Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari. Quid luculentius adduci potest, ut evincatur, divina lege solvenda Principibus esse tributa?

V. Lex ipsa naturalis Principibus esse tributaria praecipit. Nomen famulos, qui dominis suis opera locant pacto pretio, iure naturae pretium istud debetur? Principes operas suas populus locant, ut serviant imperando, regendo, defendendo populos, quemadmodum

servi inserviente. Nae aliud discrimen reipsum est, nisi, quod illi inserviunt, illi iubent, diriguntque. Ergo stipendium, non locum ad servis, ex iustitia debetur. Porro pretium istud solvitur tributorum, & vestigialium contributione. Leges itaque quae taxant, deserviuntque quantitates tributorum, in conscientia obligant; sicuti in conscientia astringunt leges quae decimarum solutionem praecipunt pro Pastoribus qui animas dirigit. Militibus qui pro patria pugnant, iure naturali, & divino stipendia debentur. Potiore ergo iure solvenda congrua stipendia sunt Principibus, qui universam Respublicam qua civis, qua militari regimine defendunt, conservant, atque communem omnium pacem, & tranquillitatem procurant. Tributa quippe haec, non tam ad Principis sumptus, quam ad Respublicae onera sustinenda, penduntur.

VI. Ut autem facilius haec tributa exigant, pacto pretio, ea locant publicanis, contra quos celebratur atrimque onerosus, & publicani ius emptum a Principe possident exigendi praefata tributa: qui vero ius istud violant, contra commutant iustitiam peccant, & restitutione obnoxii sunt. Quam communem Theologorum doctrinam confirmo auctoritate S. Augustini, qui epist. xxv. ad cxxxv. Olympio causam Bonifacii Coepiscopi eius commendans, defraudationem vestigialium improbat. Inquit enim: Nolumus tantum, quantum fisci debitor fuit, huic seculum habere in conscientia. Neque enim fraus ista, qua fisco fideus, ideo non fidebat. Et ille quidem Paulus, postquam Episcopus factus est, renuntiaturus suum omnibus rebus propter immensum cumulum fustulium debitorum, exacta quadam ratione, in qua erratum ei pondus addebatur argenti, hoc exigens agellos, unde vicium sustineret, tanquam Ecclesiae comparavit, subsummine tunc potentissimus domus, ut etiam ex ipsis, morem suum sequens, cum fisco non solveret, nullas exactorum molestias patere. Iste autem (Bonifacius) qui eidem Ecclesiae illo defuncto est ordinatus, tinnit hoc agros suscipere, & cum possit pro solis fustulibus debitis quae de memoratis possessuiculis illi contraxerat, imperiale beneficium postulare, totum maluit consistere, quod eas Paulus de argento proprio, cum esset fisco obnoxius, de hastula emarat, ut eas Ecclesia, si fieri potest, non occultis Episcopi iniquitate, sed manifesta christiani Imperatoris liberalitate possideat. Quod si fieri non potest, melius inopia laborem Terri Dei tolerant, quam ut necessarium facultatem cum conscientia fraudis obtineant. Ad hoc tuum suffragium petimus impartiri digneris. Emerat

Pa-

Paulus sub potentissima domus nomine agros, ne vestigialia solveret. Conscientia id tibi verit illius successore Bonifacius. Hunc Augustinus Olympio in dignitate consilium commisit, ut remissionem debitorum fustulium mandat, ut remissionem debitorum obtineat, patefata antecessoris iniquitate. Hae doctrinae fustori non eget commentario.

VII. Fundamenta oppositae opinionis nullius profus sunt momenti. Consuetudo, quae obrudatur, mansueta est corprela. Non a multitudine prevaricatorum, sed a divina lege repetenda est tributorum honestas, & iustitia. Leges tributorum non sunt mere penales, sed mixtae; & poena adiciuntur, ut efficacius subditi ad observantiam inducantur. Neque poenarum solutiones satis sunt ad Principis sumptus: nec hi sufficerent, defraudatores tributorum culpa evaderent. Quod autem obrudatur, nimis durum esse obstringere subditos ius conscientia ad solvenda tributa, iniustitiam infert Evangelio, tributa subenti. Si ex difficulte legis observatione colligatur, legem non obstringere in conscientia; quod leges tum naturales, tum divinae in sumum abirent? Ceterum, cur leges tributariae dure, cur difficiles sunt? Dura ne lex quae iubet alendos servitores, famulos, ministros? Principes supremi ministri sunt, qui vigilant, qui laborant, qui omnes curas impendant, atque studium in regendis subditis, in defendendis ad hostium iniurias, operantibus, & opprellionum fontes effluunt. Quare nullo modo Dei ministri ad sacramenta ista admittere debent, nisi & defraudata tributa prius restituant, & in posterum solvant. Pauperes non raro ob veram impotentiam solvere tributa omittunt.

X. In dubio autem, sit nec ne iustum tributum, solvendum est: quia in dubio aequali praetendendum pro Principis iustitia, qui impendentia tributa ius possidet: nec est cuiusque privati delinere, iustum ne, aut iniustum tributum sit. Alibi forte de hoc argumento sermo recurret. Interim alius inculo, nullam privatum licite posse tributum solutionem omittit iniustitiae praetextu: quia nulli privato licet iudicare, tributum esse iniustum, ut supra dictum est. Tandem illud semper praec oculis habendum, Principes tributa excludere in commodum, & utilitatem, & felicitatem ipsorum subditorum.

CA.